



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

3. Mœroris antidotum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

A mus tranquillè degere, anima in expedito est habenda.

Ego mei finem incam, cum sciam me sine fine non esse, imò cum sciam omnia esse finita? Ego ultimum suspitrium, quod finem dabit omnibus suspitiis, formidum? Ecur reddere dubitem, quod ac lege accipi ut reddam? At difficile est, inquis, animum perducere ad contemptum animæ. Est facile, sed scienti vivere.

Quin mors habeat aliquid terribile, non negamus, sed Mors ha-
ideo discendum quâ ratione mortem non timeamus, ut aliquid
Nemo discit, ut æquo animo in rosâ jaceat, ut hilaris terribile.

Nenō discit, ut equo animo in rosā jaceat, ut hilaris
ad offerentiam mensam accumbat, sed in hoc duratur, ut
doloribus non cedat. Hilaris venientem mortem ex-
cipit, qui se ad illam diu composuit. Et hoc maximum
animi generosioris argumentum est, si exire non me-
tuit. Scit enim quod exiturus sit, qui unde venest me-
minit. Theodosius Imperator talis, de quo Ambrosius
dicere solebat: *Dilexi virum, qui cum moreretur, magis de*
Ecclesiis statum, quam de suis periculis angebatur. Tu ergo
mortem ut nunquam timeas, semper cogita.

§. 6. *Mortis contemptæ specimen.*

N Inachetus, prætor Malacensis in Indiâ, jussus magistratu se abdicare, non tulit ignominiam, verum honoris & solide virtutis ignarus. Confestim ex aloisius odoratis lignis excoctâ pyram, quadratum juxta suggestum nobilissimis auleis, ceteraque pretiosa veste contravit. Ex eo suggestu ipse aureâ togâ gemmisque præfulgens, ad circumfusi concionem de rebus ab se gestis totoque vite sue cursu disseruit: expositisque beneficiis, quæ in captivos Lusitanos difficillimo tempore contulisset, nullo suo delicto, spoliari se dignitate, dolenter admodum & acerbè conquestus est. Tum Lusitana ingenia detestatus (ad eò funestas humano pectori subdit faces ambitus) se in ardentem rogam iniecit, mortis contemptor.

De non abfimi mortis contemptu Aelianus : Eft, *Aelia lib. 5. var. hifor.* inquit, & Calani finis dignus quem laudemus; alius dixif- *cap. 6.* fet, quem admiremur. Fuit autem ejusmodi. Calanus *Calanus* fortiffima Indus, cum Alexandro, Macedonibus, infuper *mortis* & vite longam vale dixiffet, in præcherimo Babylo- *contemptor:* nis suburbio pyram æ lignis odoratis cedro, thyo, cupreffo, myrtho ac lauro extruxit, obitque confucto curfus exercitio, pyram confcendit, mediæque ftræ lignorum fteris coronatus, affulgentem, quem ipfe adorabat, fole. Quo factò fignum Macedonibus dedit, ut pyram incenderent. Adfcente jam rogo, flammis involutus Calanus, confitit immortis, neque antè collapsus eft, quam expiraffet. Alexander viri animum obftupefcens dixiffe fertur: 2 Calano potentiores *Potentiores* debellatos quam à fe. Nam Alexander cum Porò, Taxi- *heftes* là, Dario bellum gelferat, Calanus cum Labore & *debellavit* *quam Alexander.* Morre.

Ergone tantum robur vanissimis hominibus fuerit in mortem, & Christiani Deo adiutore freti trepidant concitantes animis? Non est malum mors, fed malum est, mortis metus. Obsecro res ipsas examinemus, non umbras rerum. Si Seneca credimus, mors optimum naturae inventum, malorumque omnium remedium est. Quid ergo ad extrema trepidamus? Excipiet nos magna & immortalis pax, voluptas aeterna. Invieta esse possumus. Transendum est. Ex ipsa igitur longioris aevi desperatione fumendum est animus. Fiat virtus quod foret necessitas. Certè Christianus sapiens nihil facit invitus, necessitate omnem effugit, quia vult quod ipsa coactura est. Ergo libenter faciamus, quod non possumus non facere: æquo animo expectemus nostri aut finem, aut potius initium. Sereno semper est animo, qui mortem scit contemnerè.

E §. 7. *Animus*

Christe mori nolo, sed vivere. Vivere queris,
 Christe tu quisquis querit amore mori.
 Non sanè sum in metu eorum, quæ ex decreto, ò
 Deus, immititis. Sequor te, benigne parens, sequor. Et
 quidni faciam, cum propitiis ad te vocas? Dissolvi & esse
 cum Christo, multò magis meliùs. Et hoc ipsum desidero.
 Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum.

*Philip. c. 3.
 vers. 23.*

§. 3. *Mæroris antidotum.*

Quid turbaris, aut quid angeris? In manu Dei es, & ipsi de te cura est. Atqui male afficeris & ægrotas? Quid hoc tandem mali, cum sit in summo Bono? Deus te suum esse vult, & ideo quibusdam quasi morbi cancellis sepit & coercet, ne abeas in diversa, & à viã aberreris, quæ ad cælum.

cur? Avicula caveam quidem indignatur, libertatem querit, & reluctatur: ar dum in cavea capta est, ab hero suo & amatur, & alitur. Quis libere errantem ab acupis seu visco seu laqueo securam dicat? Ita mihi crede, magnum quid est, *Domini Dei captivum esse*, uti est agrotus. Maximi beneficii loco censendum, exiguo tempore, vinciri, uti & fecari ab eo, qui vult æternum parere.

§. 4. *Non semper minus.*

DEUS tibi, mi arger, calices nulle ingerit amatores; nullum biberas, dum sanus eras; jam bibendum est absinthium. Quid os torques, & avaris has poculum? amarum est, fateor, sed salubre. Illud Jobi cogita: Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? Ingrati mortales, bona nostra via aliter cognoscimus quam perdedendo: amissa valetudinis bonus estimator eris in posterum. Et meministi utriusque, quod dum valeres, sæpius te plusculum invitaveris, subinde etiam sobrietatis metas egressus. Nunc ergo, me suavore, amarulentum hoc poculum lætus capies, & comestationibus antea tris honorariam hanc mulctam irrogabis. Olim Latinarum feriis (teste Plinio) cum quadrage carenter in Capitolio, absinthium biberat, qui vicij tu jam bibe, ut vincas.

Dulcia non meruit, qui non gustavit amara.

§. 5. *Christiana generositas, mortis contemptus.*

Nemo vitam bene rexit, nisi qui contempsit. Tam imperiti non sumus, ut nesciamus nobis quando moriendum esse, tamen cum propius mors accederet, tergiversamur, tremimus, ploramus. Sed nonne tibi stultissimus videbitur, qui flevit, quod ante annos mille non vixerit? æque stultus est qui flet, quod post annos mille victurus non sit. Hæc paria sunt: non fuit, nec eris. Utrumque tempus alienum est. In istud, quo vivis, punctum coniectus es, quod ut extends, quousque extendes? Quid fies? quid optas? perdis operam. **D**e ibis, quod eunt omnia. Quid tibi novum est? ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc majoribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Ratum & fixum est; Mors grassatur in omnes. In hoc nascimur ut defungamur. Certe animo longam præcuntium, longamque sequentium, & hac ipsa hora tecum obeuntium cætervam. Multa millia hominum & animalium, hoc ipso momento, quo tu mori trepidas, animam variis lethi generibus emittunt. Pulchra hæc contemplatio est & vera. Totum orbem vide, notum, ignotum; multa millia omnibus momentis nasci, mori, certum est; & quoddam eodem mortis genere. Tu autem fortasse non putabas te aliquando perverturum ad id, ad quod semper ibas? Nullum sine exitu iter est. Mors ad quietem perpetuam tutum est iter; nec in morte aliquid mali est, nisi timor mortis. Proinde si volu-

Tom. I.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN